



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 5. Socratis exterior vultus, & interior virtutus, cum Silenis comparatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

eos fulgor externus primas partes agit. Chari-
us illis est plumbum inauratum, quam plum-
bo inclusum aurum. Mundus suspicit captos
cupiditatibus Reges, qui, catenatae instar si-
miæ, in purpura circumducuntur. Communis
hic est error: perfunctorie pretia aestiman-
tur. & pluris fit, quod apparet, quam quod
est in recessu. Ideo & gemmae negliguntur,
quando non sunt ita politæ, ut splendeant. Lon-
gè alia essent judicia, si, detractis laruis, quæ
latent, inspicerentur; nemo adoraret Cha-
retis pollicitationes; nemo crucis thesauros
contemneret (qui profanis oculis non osten-
duntur) si lynx esset; immò nisi talpa esset.
Nam multi *oculos habent, & non vident*, quid
vel Mundus, vel Deus condat. Ps. 113. 13.

§. V.

*Socratis exterior vultus, & interior virtus,
cum Silenis comparantur.*

Alcibiades, apud Platonem, Socratis enco-
mium dicturus, cum Silenis similem facit, quod
is multò alius esset propius intuenti, quam
summo habitu speciemque videretur. Quem,
si de summa, quod dici solet, cute quis aesti-
masset, non emisset asse. Facies erat rusticana;
taurinus aspectus; nares simæ, mucosque plene.
Sannionem quempiam, bardum, ac stupidum
B dixit.

Plato in
Cōiuiuo.
Erasm.
Chil. 3.
Cent. 3.

dixisses. Cultus neglectus, sermo simplex ac plebeius, & humilis, ut qui semper aurigas, cerdones, fullones, & fabros haberet in ore. Nam hinc ferè sumebat illas suas inductiones, quibus vrgebat in disputando. Fortunę tenuis vxor, qualē ne vilissimus quidē carbonarius ducere posset. Videbatur ineptus ad omnia Reipublicę munia; adeò, ut, quodā die, nescio quid, apud populū, adorsus agere, cum risu sit explosus. Deniq; jocus ille perpetuus nōnullā habebat morionis speciem. Cū, ea tēpestare, ad infaniā vsq;, ferueret, inter stultos, profitendi sapientiā ambitio, nec vnus esset Gorgias, qui, se nihil nescire, jactitaret, & ardelionib⁹ huiusmodi nusquā non referta essent omnia, solus hic homo, *vnū se scire, dictitabat, quòd nihil sciret.* Atqui, si Silenū hunc explicuisses, videlicet numen inuenisses potiùs, quàm hominē, animū ingentem, sublimem, ac verè Philosophicū, omniū rerū, pro quibus cæteri mortales currūt, nauigant, sudant, litigant, beligerantur, contemptorē; iniurijs omnibus superiorē, & in quē nullū omninò jus haberet fortuna, & vsq; adeò nihil timentem, ut mortem quoq; nulli non formidatam contempserit: in tātum, ut cicutam eodē biberit

rit vultu, quo vinū solet; vtq; iam moriens etiā in phædonem suū jocaretur, & sapiens oraculo, imò omnium mortaliū sapientissimus pronunciaretur.

§. VI.

Cur Socratem Alcibiades cum Silenis compararit? eamq; comparisonem, in multas alias res competere.

Hunc talem, facie vilem, pectore incomparabilem, Alcibiades cum Silenis idcirco cōtulit; quia olim Sileni statuæ sectiles fuerunt, & ita concinnatæ, vt diduci & explicari possent. Clausæ ridiculam ac monstruosam tibicinis speciē habebant: apertæ subito numen ostendebant, vt artem sculptoris gratiorem jocosus faceret error. Imaginum autem istarum argumentum sumptum erat à ridiculo illo Sileno Bacchi pædagogo, numinūq; Poëticorum morione. Ita nimirū non solūm multi hominum habitu, vultuq; longè minū præ se ferunt, quā in animo claudant; sed quā plurimæ res quoq; aliæ, in speciē, & primā, quod aiunt, fronte, malæ, viles, miserabiles videntur, quæ tamen interiūs, ac propiūs contemplanti, atque re ipsa sunt bonæ, pretiosæ, & admirabiles.

Quidquid, in omni genere rerum, præclariss est,

B 2 id,